



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem  
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.  
vsque ad CXIV.

**Vázquez, Gabriel**

**Antverpiæ, 1620**

Dispvt. CCXXXI. An possit fieri à Deo creatura aliqua rationalis  
αναμαρτητ[ος], hoc est, impeccabilis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)



Ad tertium dicendum quod naturale est angelo, quod conuertatur motu dilectionis in Deum, secundum quod est principium naturalis esse. Sed quod conuertatur in ipsum, secundum quod est obiectum beatitudinis supernaturalis: hoc est ex amore gratuito, à quo auerti potuit peccando.

Ad quartum dicendum quod peccatum in actu liberi arbitrii contingit esse dupliciter. Vno modo ex hoc, quod aliquod malum eligitur: sicut homo peccat eligendo adulterium, quod secundum se est malum. Et tale peccatum semper procedit ex aliqua ignorantia, vel errore. Alioquin id, quod est malum, non eligeretur vt bonum. Errat quidem adulter in particulari, eligens hanc delectationem inordinati actus quasi aliquod bonum ad nunc agendum, propter inclinationem passionis, aut habitus: etiam si vniuersali non errat, sed veram de hoc sententiam teneat. Hoc autem modo in angelo peccatum esse non potuit: quia nec in angelis sunt passionis: quibus ratio, aut intellectus ligetur. Et ex supradictis patet: nec iterum primum peccatum habitus præcedere potuit ad peccatum inclinans. Alio modo contingit peccare per liberum arbitrium, eligendo aliquid quod secundum se est bonum, sed non cum ordine debita mensura, aut regula: ita quod defectus inducens peccatum sit solum ex parte electionis, que non habet debitum ordinem, nisi ex parte rei electæ: sicut si aliquis eligeret, non attendens ad ordinem ab Ecclesia institutum. Et huiusmodi peccatum non præxiigit ignorantiam, sed absentiam solum considerationis eorum que considerari debet. Et hoc modo angelus peccauit conuertendo se per liberum arbitrium ad proprium bonum absque ordine ad regulam diuinæ voluntatis.

**C**ONCLUSIO est affirmans, & de fide, ut  
constat ex iisdem locis, in quibus dicitur, da-  
mones peccasse Ioan. 8. Ille (scilicet diabolus, ho-  
micida car ab initio, & in veritate non fuit. Quem  
locum fufius tractanti diffp. 227. c. 3. S. Thom. probat  
ex illo Iob. 4. Et in Angelis suis reperit prauitatem.  
Circa quem locum multa diximus fupra diffp. illa  
citata cap. 4.

DISPUT. CCXXXI.

An fieri possit à Deo creatura aliqua  
rationalis Ἀνάντητος, hoc est  
impeccabilis.

*Deus Scholasticorum opiniones. cap. 1.*

Nullam creaturam rationalem impeccabilem, & sine li-  
bertate esse posse, auctoritate probatur. cap. 2.

*Fundamentum rationum precedentis sententiæ. cap. 3.*

Contra secundam sententiam opinio precedens ratione  
confirmatur cap. 4.

*Contra primā sentētiā eadē opinio ratione probatur. c. 5.*

**P**raesens controvertia non est, an possit natura aliqua rationalis gratia Dei effici necessaria de hoc emimalis disputandum est. Primum quidem, an potentia & libertas peccandi in Deo sit in humanitate per vnionem cum Deo substantialem tractandum erit 3. part. quae. 1. 1. art. 4. deinde an beati virtute virtutis clarae Dei perpetuo impediuntur, vt peccare nequeant, videbimus 1. 2. q. 4. art. 4. Postremo, an possit alio modo, quam per vnionem claram Dei, vel per vnionem libertas nostra impediri, nempe diuina praesentatione, & differimus disputat. 99. cap. 8. & disp. 90. cap. de confirmatis quoque in gratia an habeant necessitatem non peccandi mortaliter, & quae ratione dicantur in gratia confirmati, dictum a nobis est disputatione illa 90. c. 2. Superest igitur solum controuersia, an creatura aliqua rationalis nullo ex praedictis modis gratiae, sed siapte natura possit a Deo creati impeccabilis, hoc est, sine libertate & potentia peccandi: in qua quidem questione varia fuisse Scholasticorum placita, ex quibus duo in hoc capite referemus, vt sequenti verorem sententiam exponamus.

Prima igitur opinio sit eorum, qui docent, posse produci creaturam rationalem, quæ sit virtutibus natura impeccabilis circa materiam virtutis, & finis naturalis: non tamen circa finem & materiam virtutis supernaturalis ordinis. Ita docuit Durandus in 2. distinctione 23. questione. 1. mo arguens fortasse talis naturæ productio esse affirmari: quod & ex ratione illius manifeste colligitur. In 2. distinctione 6. quæst. 1. numero 16. aperte pronuntiauerat: cuius sententiam amplectuntur Capreolus in 2. distinctione 21. quæst. vnicat. art. 1. princip. & Caietanus in hoc art. 3. Circa conuenientiam autem Indicantque Ferrariensis 3. contra gentes cap. 109 & 110. Ratio vero Durandi, in quam conuenit Capreolus concedens quidquid ex contentis probare debet huiusmodi. Id, vnde in creatura rationali nullum peccatum, est defectus in intellectu vel erroris, vel inconsiderantiam: siue hoc autem impossibile est esse defectum in voluntate, vel ex omni sensu Scholasticorum probabimus. 2. quæst. 77. art. 2. angelus autem adeo perspicax est intellectus, vt circa finem naturalem, & virtutem naturalem eiusdem ordinis similem defectum habere nequeat: siquidem nec errorem, nec inconsiderantiam habere potest: ergo nec circa talem materiam potest peccare. Porro autem angelum non posse pati talem defectum in intellectu circa illa obiecta, probat Durandus. Quia inter corporea gradus constituntur, ita debent consisti inter spiritualia, atqui inter corporea aliquid est, quod in sua operatione non deficit, nec deficere potest, sed iam in substantia, quam in operatione perfectum semper est, nempe cunctum, ergo in spiritualibus debet esse aliqua natura, nempe pure spiritualis, vt angelus, quæ in sua substantia, & operatione defectum pati non possit. Ceterum quamliber creaturam & pure spiritalem circa finem suum supernaturalem, & circa virtutes illius ordinis deficere posse conuicta ratione demonstrat. Quia circa hæc omnia potest incurrere defectus in intellectu angel. vel per errorem, vel per inconsiderantiam. Cuius enim in intellectu



intelligat, & consideret Angelus lumine supernaturali, ex altioribus principijs, quam naturalibus: facillè circa illa deficere potest. Nam circa illa non alio modo se habet intellectus Angeli, quàm se habet noster circa spiritalia, & naturalis ordinis, circa quæ mille defectus quotidie habet. Ad hanc rationem alludere videtur S. Thom. 3. contra gentes capite 110. cum respondet ad primam rationem, quæ capit. 109. contendeat probare, Angelos peccare non potuisse, quia in eorum intellectu error, aut defectus esse nequit. Respondet enim, eos peccasse ex inconsiderantia superioris boni intelligit sane supernaturale, quod est ordinis superioris.

Secunda opinio est *Gabriels in 2. dist. 23. artic. 1. & 2.* qui asserit, duplicem esse posse voluntatem rationalem: vnâ, quæ libere ab obiecto moueatur: & hoc modo non posse creari impeccabilem, quia id esset contra rationem libertatis, quæ in vtramque partem flecti potest: alteram, quæ necessario ab obiecto moueatur, etiam si obiectum per rationem, & intellectum ei proponatur: hoc autem modo produci posse creaturam rationalem impeccabilem, quia nulla creatura sine libertate peccare potest. Hanc sententiam prius tradiderat *Ocam in 1. d. 4. q. 4. quest. 1. ad 1. dubium*, ubi existimat probabile, posse produci angelum, aut hominem alterius speciei ab eo, qui productus est, qui peccare nequeat. Eundem sequutus est *Maier in 2. d. 2. q. 3. quest. 2. concl. 4. & 5.* ita tamen, vt homo, aut Angelus alterius speciei impeccabilis esset, quia sine libertate crearetur. Confirmari autem potest testimonio *August. cuius sententiam refert Magister in 1. distinct. 44. capit. 2.* his verbis: *Talem Deus potuit hominem facisse, qui non peccare posset, nec vellet: & si sic fecisset, quis dubitat, eum meliorem fuisse?* Huic etiam opinioni adspiciuntur, qui hac nostra ætate docent, posse produci creaturam aliquam rationalem, cui lumen gloriæ, & videre clare Deum, sit connaturale, sic enim & gratia esset illi connaturalis.

## CAPVT II.

Nullam creaturam rationalem impeccabilem, & sine libertate esse posse, auctoritate probatur.

**M**HI adeo semper placuit communis sententia, quæ affirmat, nullam creaturam rationalem creari posse impeccabilem, vt oppositâ nullo fundamento probabili niti existimauerim, cum neque auctoritate aliqua Patrum, neque leui etiam ratione Theologica suaderi possit. Dico autem nullam creaturam rationalem posse esse impeccabilem absolute respectu etiam finis, & virtutis supernaturalis: nam circa finem naturalem, & virtutes morales, & naturales peccare posse, ita verius, & probabilius existimo contra *Capreolum*, *Caictanum*, & alios primæ opinionis, & capite sequenti probabo, vt illorum sententiam non iudicem tam leuiter fundatam, sicut est opinio *Gabriels*, & aliorum Nominalium. Hanc igitur opinionem vniuersè intellectam ex Scholasticis Doctoribus expresse tradiderunt *sanctus Thomas* & recentiores Thomistæ in hoc articulo *Scotus in 2. distinct. 23. q. 1. Bassolis q. 1. artic. 3. Richard. artic. 1. q. 1. artic. 4.* id quod etiam docuerat d. 6. *Vasques in 1. part. tom. 11.*

q. 1. sequitur etiam *Aegidius d. illa 23. q. 1. art. 1. Carthusianus q. 1. circa finem*. Allegari deinde pro eadē sententia potest *Bonauent. eadem dist. 23. art. 1. q. 1.* inquit enim, Deum fecisse hominem expugnabilem, nec voluisse ipsum in bono confirmare, vt ipse homo experiretur, solum Deum esse, qui nec expugnari nec deficere potest, sentit ergo, non posse aliquid fieri præter Deum, qui peccare non possit. Idem docet *Holcot in 2. q. 2. a. 6. ad argum. dubij 3. Hervaeus in d. 5. q. 1. art. 1. & d. 7. q. 1.* His etiam annu-mera *Alexand. 2. p. q. 91. memb. 1. art. 2. §. 3.* qui quamuis doceat fieri posse à Deo potentia absoluta creaturam rationalem impeccabilem: intelligit tamen per gratiam, non per naturam. Cæterum ex his Doctoribus nullus est, præter *Scotum*, qui expresse dicat, fieri non posse creaturam rationalem, quæ circa finem suum naturalem peccare nō possit. Sed neque aliquis est, qui oppositum affirmet. *Scotus* vero aperte contra *Durandi* sententiam pronuntiat, voluntatem creatam in pura natura non posse esse immutabilem in malum peccatum, & plane intelligit circa præcepta, naturalia, & finem naturalem: id quod de Angelis productis non obscure asserit *Paludanus in dist. 50. qu. 1. art. 2. circa finem*. Quod si de angelis productis hoc est asserendum: de quacunque creatura, quæ possit à Deo produci, idem etiam dicendum videtur: cum sit eadem omnium ratio. Atque ex rationibus Doctorum, quos in hoc c. pro hac sententia allegauimus id etiam non obscure colligitur.

Confirmari autem potest primum testimonijs Patrum, deinde ratione primum quidem *Ambros. libro tertio de fide ad Gratianum capite secundo post medium* probat, soli Deo conuenire immortalitatem: quia solus non potest peccare: creatura vero immortalitatem non conuenire, quia mori potest per peccatum. Idem docet *Elias Creiens. in oratione 3. Nazianzeni, quæ est prima Apologia in Italianum*, in illa verba, *Ad hac quomodo, &c.* Atqui immortalitas vera, quæ est proprium Dei attributum, nulli creaturæ, etiam possibili, conuenire potest: ergo nec immutabilem esse per peccatum. Deinde *Hieronymus in magnis Commentarijs Epistolæ ad Galatas capite 6. statim in principio* inquit: *Sciens Paulus excepta Trinitate, omnem creaturam, licet non peccet, tamen peccare posse, &c.* Et in Epistola 146. ante finem explicans illud *Psalm. 14. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*, inquit data opera dixisse, *omnis viuens*, non autem, *omnis homo*, vt omnes homines, & angelos comprehenderet. Subiungit vero deinde. *Solus Deus est, in quem peccatum non cadit: cætera, cum sint liberi arbitrij, iuxta quod homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, in vtramque partem possunt suam flectere voluntatem.* Tandem in hunc sensum explicat illud 1. ad *Timotheum. 1.* ubi Deus dicitur immortalis, nempe hac ratione Deo tributa immortalitate, dicebat *Ambrosius*, quia nec per peccatum mutari potest. Neque refert quod his locis solum loquatur *Hieronymus* de hominibus, & Angelis, qui creati sunt: nam ex ratione ipsius plane sequitur, nullum angelum, nullamque creaturam rationalem posse creari, quæ in vtramque partem virtutis & peccati flecti non possit: siquidem omnis creatura rationalis ad imaginem, & similitudinem Dei creari debet hoc ipso, quod rationalis est, ac proinde libera. Quare cum inquit *Hieronymus*, lo-

Kkk Iuxta



lum Deum esse, in quem non cadit peccatum: sed solum loquitur comparatione facta cum creaturis productis, sed etiam cum possibilibus, tribuens Deo hoc peculiare attributum: nam si creaturæ alicui hoc posset contingere: non diceretur solius Dei proprium esse.

August.

7.

Postremò Augustinus libro 12. de Civitate Dei, apite primo ita scribit, Dicimus itaque immutabile bonum non esse, nisi unum Deum verum beatum: ea vero, quæ fecit, bona quidem esse, quod ab illo: verumtamen mutabilia, quod non de illo sed de nihilo facta sunt. Eandem sententiam atque eadem ratione confirmatam tradidit eodem libro capite 6. quibus quidem in locis agit de mutabilitate peccati, quæ à suo bono creatura aueritur. Quare & eo cap. 6. probat peccatum nullam aliam causam habere posse, quam voluntatem creatam, non quatenus à Deo bona est, sed quatenus de nihilo producta est. Idem omnino, & ob eandem rationem habet Fulgentius libro de fide ad Petrum capite tertio & Gregorius libro 25. moralium capite 5. ex qua colligunt idem Augustinus libro 3. contra Maximinum capite 12. & Fulgentius in illo capite 23. hoc modo: Cuiusque creatura rationalis præstat, ut peccare non possit: non est natura propria, sed gratia. Id quod non solum de creaturis factis, sed & de possibilibus aperte intelligunt: siquidem omnibus ratio illa communis est, nempe ex nihilo esse. Nam si creaturæ factæ extra mutationis peccati aleam suapte natura esse nequeunt, quia ex nihilo sunt: hoc ipsum cuicumque alteri creaturæ possibili conveniet. His etiam adde Damascenum, qui 2. de fide capite tertio parum à principio de creaturis ita loquitur: Quidquid enim creatum est, mutationi subit necesse est, id enim unum extra mutationis aleam est, quod nihil habet à quo sit creatum.

Fulg.  
Greg.

8.

Damasc.

Loquitur autem Damascenus de mutatione peccati, secundum quam creatura rationalis mutari potest, ut patet ex contextu capitis. Sentit igitur Damascenus, solum Deum non posse peccare: quia solus ille non est ab alio factus: cetera vero ideo peccare posse, quia causam habent: sui quod autem habet causam sui habet etiam esse creatum de nihilo: convenit igitur in doctrina, & ratione cum alijs Patribus 3. loco allegatis. Cumque omnis creatura impossibilis, hoc ipso quod creatura est, habeat causam sui, & de nihilo debeat produci: fieri non potest, iuxta sententiam horum Patrum ut extra aleam mutationis peccati suapte natura sit. Ceterum antequam ratione hanc sententiam comprobemus, observandum est ex doctrina horum Patrum, non solum sequi contra secundam sententiam, non posse creaturam rationalem produci omnino impeccabilem circa finem supernaturalem: sed etiam, nullam esse productam nec produci posse, quæ circa finem, & legem naturalem natura sua impeccabilis sit. Patres enim, nulla facta distinctione, absolute loquuntur de mutatione peccati, à qua nullam creaturam excipiunt.

9.

Respons.  
aliquorum.

Respondebit fortasse aliquis pro Doctoribus secundæ opinionis, hos Patres loqui de creatura rationali, quæ esset liberi arbitrij: & de hac verissime docuisse, nullam à Deo posse fieri, quæ suapte natura impeccabilis sit: ac de creatura rationali absque libertate, sed necessario ad unum tantum determinata, patres allegatos non disputare: & de hac veram esse secundam sententiam, quæ

## ARTIC. I.

affert, fieri posse naturam aliquam rationalem impeccabilem: nempe absque libertate, & ad unum determinatam: nam si liberi esset arbitrij, non negarent Doctores illius sententiæ, quæ eundem creaturam rationalem etiam possibilem, debere esse peccabilem. Verum hæc obiectio frivola est. Tum quia Hieronymus supra allegatus plane supponit creaturam, hoc ipso quod rationalis est, esse liberi arbitrij: nam rationalis creatura ideo dicitur facta ad imaginem, & similitudinem Dei, ex sententia ipsius: quia libero arbitrio prædita est. Tum etiam quia ut seq. caput probamus, impossibile est, produci creaturam rationalem, quæ necessario alligata sit ad unum tantum circa quæcumque obiecta, quæ illi proponi possunt, sed, nisi brutum irracionale sit, libera esse debet circa aliquod saltem genus obiecti, hoc autem ipso, quod minimam habeat partem libertatis, non potest circa virtutem, & vitium libera esse, eo quod de nihilo facta est: hoc enim solum concedimus Deo, ut sit liberi arbitrij, sed circa bonum, & malum nullam habeat libertatem. Ratione vero huius discriminis inter nos, & ipsam, seq. cap. subiiciemus.

## CAPUT III.

### Fundamentum rationum præcedentium sententiæ.

UT sententiam præcedentem ratione confirmemus, & ostendamus, creaturam rationalem hoc ipso quod creatura est, de nihilo facta, impeccabilem esse non posse, probandum in primis est nullam creaturam rationalem sine libero arbitrio fieri posse. Nam qui secundam sententiam sequuti affirmant, produci posse creaturam rationalem impeccabilem, eo solum fundamentato nituntur, quia creati potest absque ulla libertate, & ad unam partem necessario determinata. Hoc tenemus, utem non legi aliquem qui diceret, potest fieri creaturam rationalem liberi quidem arbitrij circa aliqua obiecta, & necessario determinata semper ad virtutem, absque ulla libertate ad peccatum. Verum, ne quis ita aliquando ex suo cerebro velit hanc opinionem defendere, in hoc capite ratione monstrabimus, nullo modo posse creaturam ratione præditam produci absque libertate peccandi. Est igitur, ut dixi, in primis universim supponendum, nullam fieri, posse creaturam rationalem absque ulla libertate circa aliquod saltem genus obiecti. Hoc autem probatur primum auctoritate Damasceni libro 2. de fide, ubi ita scribit. Rursusque id omne, quod ratione virtutis, arbitrij quoque libertate præditum est. Angelus itaque virtutis, & intelligentiæ participes, liberi arbitrij quædam creaturæ, in ea conditione erant, ut mutati non recipere possent, ut esset vel in bonum vel in malum mutari. Loquitur autem, ut manifeste constat, de mutatione peccati, & capite 27. eiusdem libri postquam dixit, deum arbitrij libertate carere, & à natura potius deo, quam eam ducere: & naturaliter in actionem determinari, quamprimum aliquid appetiverint: subdit hæc verba: Homo contra, vi potest rationis participare, naturam potius ducit, quam ab ea ducatur. Ex istis ad hoc sciendum, Angelos, vi potest rationis participare, non esse arbitrij tunc ut creati, tunc ut mutati innoxios. Colligit igitur Damascenus, id libertatem, & Angelo libertatem ex ratione non quæ



## CAPVT IV.

*Contra secundam sententiam opinio procedens ratione confirmatur.*

generis rationis, sed quia ratione, ut ratio est, præditi sunt. Ex eo vero quod sunt creati de nihilo, colligit per peccatum mutari posse. Sicut etiam colligit Augustinus locis citatis in præcedenti capite. Porro autem, Damascenum non probare Angelos, & homines liberos esse ex eo quod peculiari aliquo genere rationis, sed quia simpliciter ratione præditi sunt, patet ex ratione, quam affert capite illo 27. quæ talis est. *Vbi est ratio, vbi illa & facultas rationalis partim in contemplatione, partim in actione versatur: ea vero in actione posita, qua consultat, & rebus agendis modum præscribit: qui autem consultat, perinde consultat tanquam rerum agendarum electio in ipsis sit potestate. Ergo qui rationem habet, eo ipso est liberi arbitrij. Quæ sane ratio in omni creatura rationali, quocunque genere rationis prædita sit, locum habet, quia nulla est, quæ non possit duo bona inter se conferre, & de illis consultare, quodnam illorum magis expedit.*

Deinde hoc ipsum ratione probatur: nam ex ijs naturis rationalibus, quæ nunc sunt, etiam si increatam Dei naturam comprehendas, nulla est, quæ libertatem aliquam non habeat. Quo ergo fundamento adduci poterunt Nominales, ut aliud genus naturæ rationalis possibile excogitent, quod nullam omnino libertatem haberet? Postremo cum nulla res sit præter Deum, quæ ita appareat bona, ut in ea, & in dilectione eius non possit apparere ratio mali: efficitur, ut natura rationalis considerat illam rationem mali libera sit, tum ut eam diligere & non diligere, tum etiam ut eam diligere & odio habere possit: ex hac enim varietate cognitionis, quam vocant indifferentiâ, oritur in ipsa quoque facultate appetente libertas. Quod si peculiare aliquod bonum, quod non est Deus, ita natum est cogitari ab aliqua natura, ut non possit non mouere affectum, signum euidentis est, talem naturam non habere rationem, sed sensum solum: nam vel illa natura, quæ ex sententia Nominalium creati potest, ita necessario determinata ad virtutem, ut peccare non possit, est superior homine, & angelo & inferior Deo: vel est inferior ipso homine, & angelo. Si inferior Deo, & superior homine & angelo: non potest carere libertate circa aliquod saltem obiectum: cum perfectissima natura rationalis, qualis est Deus, aliquid habeat libertatis: neque enim quia perfectior esset homine, & angelo carere deberet libertate: imo vero illam deberet habere: siquidem supremus omnium Deus circa aliqua liber est. Si autem esset inferior angelo, & superior homine, eodem modo, sicut ille, liber esset: quia carere omnino libertate, non esset maior perfectio, quam aliquam habere. Cumque superior natura rationalis & inferior esset libera: media quoque siue ratione perfectionis, siue ratione imperfectionis, libera esse deberet. Quod si esset inferior homine: aut esset brutum, aut haberet libertatem ad peccandum: nam qui fieri potest, ut perfectissima, & perfectior creatura rationalis, ut angelus, & homo, haberent libertatem ad malum: inferior autem impeccabilis esset, & ad bonum semper necessario determinata: restat igitur, ut nulla sit creatura ratione prædita possibilis, quæ non sit liberi arbitrij circa aliqua.

*Vazquez in 1. partem Tom. II.*

**H**actenus solum probatum est, nullam posse produci creaturam ratione præditam, quæ non habeat libertatem circa aliqua obiecta, id quod nulla ratione Nominales inficari possunt. Cæterum cum sit aliqua libertas voluntatis circa aliqua obiecta simul coniuncta cum necessaria determinatione ad virtutem, & absque libertate ad peccandum, ut in Deo: superest probandum, libertatem creatam, hoc ipso quod creata est, non posse esse coniunctam cum determinatione necessaria ad virtutem, ut in Deo est: nam Damascenus ex diuerso principio probat libertatem naturæ absolute, & libertatem ad peccandum. Libertatem quidem naturæ absolute circa aliquod obiectum vniuersale probat ex eo, quod sit rationalis: libertatem vero ad peccandum, ex eo, quod est creatura rationalis creata. Quod principium etiam alij Patres tradiderant cum Augustino, ut supra capit. 2. vidimus. Hoc vico & firmissimo fundamento videntur mihi præ rationes, quibus S. Thomas & Scotus vtuntur in confirmationem præcedentis sententiæ, si eas rectè explicemus: tamen si Scotus putans minus sufficientem rationem S. Thomæ, illam impugnet.

Ratio vero Doctoris sancti in hoc art. talis est: *Ratio S. Th.* peccare nihil aliud est, quam deflectere & declinare à rectitudine & regula, quam quis in operando sectari deberet, tam in naturalibus, quam in moralibus: sola autem illa operatio à rectitudine deflectere nequit, cuius recta regula est virtus ipsa agendi: quemadmodum, si manus artificis esset ipsa regula recta artis, non posset opus artis non rectum à manu procedere: atqui in vlla natura rationali, præter Deum, regula iusta operandi moraliter est ipsa voluntas operantis: quia regula omnium humanarum, & angelicarum operationum est diuina voluntas: ergo nulla creata voluntas impeccabilis est, non potens declinare à rectitudine, & regula. Hæc tamen ratio minus sufficiens visa est Scoto loco allegato, & contra eam obijcit in hunc modum: quamuis aliqua facultas operandi non sit sua regula: tamen nihil obstat videtur, quo minus ita necessario sit determinata circa suam regulam, ut ab ea deflectere non possit: quemadmodum intellectus circa prima principia, quæ ipsi sunt regula sciendi, errare non potest: & tamen intellectus, qui est facultas intelligendi principia, non est ipsa principia. Caietanus in hunc articulum §. *Ad hoc dicitur*, explicat mentem sancti Thomæ hoc modo, ut idem sit, & virtutem aliquam operandi esse suam regulam in operandi, & habere causam similem immutabiliter coniunctam. Priori modo inquit Caietanus voluntatem operandi esse suam regulam formaliter: posteriori modo esse suam regulam virtualiter. Et quia solum in Deo amor omnis boni immutabilis est, in creaturis autem facile mutari potest: ideo in creaturis facultas operandi non est ipsa regula, quæ est amor omnis boni neque priori, neque posteriori modo. Eadem quoque videtur ratio Scoti loco allegato, quæ talis est: omnis natura, quæ non est sua regula, nec necessario conformis suæ regulæ, potest à regula deficere: sed talis est natura creata rationalis.

Kkk 2

nalis



nalis: ergo potest à regula deficere, ac proinde peccare.

16. Verum tam ratio Caietani, aut modus; quo explicat rationem Sancti Thomæ, quam ratio ipsa Scoti, maiori indiget confirmatione. Namque oportebat Caietanum attendere qua ratione creaturæ rationali suapte natura amor boni, qui est principium recte operandi, non posset necessario & immutabiliter convenire. Tum etiam Scotus probare debebat id, quod in minori propositione assumpsit, nempe creaturam rationalem nec esse suam regulam, nec ei necessario conformem.

Scoti ratio.

Aliam vero rationem adhibet Scotus ad hoc ipsum comprobandum, quæ est huiusmodi: omnis voluntas, quæ non est satiata in appetendo, quia nōdum habet suum bonum, scilicet Deum, ad quem aspirat, potest appetere aliquid bonum apparens, quod reuera est contra rationem, & contra illud summum bonum, quousque illi summo bono inseparabiliter adhaereat: atqui voluntas humana est huiusmodi: ergo potest appetere aliquid bonum apparens, quod sit contrarationem, ac proinde peccare. Hæc etiam ratio confirmatione indiget: restat enim adhuc probandum quare voluntas creata donec adhaereat Deo clare visio non possit esse impeccabilis.

Additur illi robur quibusdā prænotati.

Verum enim vero has omnes rationes eodem fere modo confirmare possumus: quare & eodem recidere videntur. In earum vero confirmationem præmittendum est primum, regulam humanarum actionum proximam esse operationem actionis proponens id, quod rectum est, vt 1.2. quaestione 19. artic. 3. ostendimus. Nam quamvis natura ipsa rationalis, sit prima regula iusti, & iniusti, boni & mali in moralibus: illud enim dicitur bonum, quod consentaneum & conueniens est naturæ rationali, vt rationalis est: illud autem malum, quod disconueniens est naturæ rationali vt rationalis est: tamen quia hæc conuenientia, & disconuenientia eatenus nobis imputatur, quatenus per rationem proponitur: ideo proximam regulam harum actionum dixerim esse rationem proponentem id, quod faciendum est.

Deinde nota, per visionem claram Dei ita efficaciter nobis Deum proponi super omnia diligendum, vt non solum non possumus ipsum odio habere, aut etiam non diligere: sed etiam efficaciter moueat intellectum, vt id quod iuxta rationem, & secundum voluntatem Dei est, efficacius multo apprehendat, quam oppositum: ita vt ratione alicuius apparentis boni dimoueri non possit ab efficaciori consideratione veri boni, quod est secundum rationem: quia visio illa clara Dei, quæ ostendit, quam iustum & æquum sit, diligere Deum super omnia suapte natura necessario infert efficacissimam considerationem cuiusque operationis, & boni peculiaris, quod est iuxta voluntatem ipsius Dei; & sicut ipsa visio clara Dei perturbari non potest ab alia contraria operatione, eodem modo efficax illa notitia nata ex visione qua beatus apprehendit id, quod est secundum rationem, & voluntatem Dei, vinci non potest efficaciori alia cognitione, qua apprehendatur bonum delectabile, quod si contra rationem. Vt autem diximus disputat. 98. cap. & dicemus 1.2. q. 77. artic. 2. non potest voluntas peccare, nisi præcedat intellectu defectus considerationis; ergo

permanente visione, & efficaci illa consideratione boni quæ non potest à contraria operari, non poterit voluntas deficere, & peccare.

Postremo obseruandum est, quænam creatura rationalis non videt Deum clarescentem, ita esse dispositam suapte natura ex parte intellectus, vt peculiaribus bonis, & ipsum Deum varie possit apprehendere, modo hoc intensius & efficacius, quam illud, modo oppositum: quia peculiaribus bonis vno & alio modo nata sunt apparetere: vero etiam ipse Deus, quandiu non videtur, licet est. Cumque libertas voluntatis radicem habeat in hac indifferentia intellectus & rationis, vt docet Sanctus Doctor infra quaestione 83. articulo 2. ratio, sequitur à nulla re posse determinari voluntatem in hac vita: sed ita in quamlibet ferri, vt in illam possit non ferri, & in oppositum simuliter, quia nulla cognitio est tam manifesta, & clara representans omnem rationem boni in obiecto pro hoc statu, vt in eo non possit apparere ratio aliqua mali efficacius: quam ratio boni, & non possit oppositum aliquid bonum efficacius apparere, & mouere voluntatem.

Ex his fundamentis colligitur efficax ratio huius nostræ sententiæ. Cum enim ratio virtutis sit particulare bonum, non potest res illa, quæ est secundum virtutem ita clare apparere sub omni ratione boni vt voluntatem ex se liberam ad se necessario trahat: quia non potest sub omni ratione boni efficacius representari, quam oppositum aliquid autem voluntas libere ab aliquo opposito virtutis, deficientiam à regula, & peccat. Recte igitur ex libertate voluntatis creata circa aliqua obiecta, colligimus libertatem eius circa virtutem, & vitium. Nam si voluntas circa aliqua libera est, suapte natura libera est: facultas autem libera ex se, hoc habet vt à bono, quod non proponitur efficacius sub omni ratione boni, non possit necessario trahi: cumque tale sit bonum virtutis, regitur circa illud debere esse liberam.

Hinc constat primum rectè dixisse Patres superius allegatos, creaturam, hoc ipso quod rationalis est, esse liberam: sed hoc ipso, quod est rationale, peccabile esse. Nam hoc ipso quod rationale est, potest apprehendere bonum peccati efficacius, quam bonum virtutis: quia bonum virtutis non considerat semper efficacius, eo quod non videat Deum clare, & sicut est.

Deinde hac nostra ratione confirmari potest ratio S. Thomæ: quia quævis natura, quæ non est ipsa regula, nempe ipsa consideratione boni, licet Deus est sua bonitas & sua scientia, non potest immutabiliter ipsi regulæ conformari, eo quod consideratio boni, qua ducitur, in ea variari potest, vt diximus. Postremo ratio quoque potest Scoti roborari potest, & declarari hac nostra: quia natura, quæ ex se non est satiata summo bono, donec illud consequatur, & ei immutabiliter adhaereat, potest desiderare alia bona peculiariter variis, sicut potest illa varie apprehendere; hoc autem habet omnis creatura rationalis, quamdiu pergrinatur à Domino, & ipsum non clare, sed per ænigma intuetur.

Verum enim vero prædicta ratio supponit, nullam creaturam rationalem esse, quæ suapte natura, & à principio intrinseco necessario videat Deum clare & sicut est, abique nouo dono, & benedictione Dei.



Dei, præter donum creationis: id quod non vi-  
deo aliqua ratione negari posse. Nonnulli sane  
Theologi hac nostra ætate dixerunt, in opinione  
positum esse, an creati queat aliqua creatura ra-  
tionalis, cui non naturale sit lumen gloriæ ad vi-  
dendum Deum, quæ quidem natura sit ordinis su-  
pernaturalis: quorum sententiam supra disputa-  
tione 44. impugnauimus; quia ineptum est, sub-  
stantiam aliquam creatam excogitare quæ dicatur  
ordinis supernaturalis: cum hoc proprium sit for-  
mæ accidentariæ, vt ibidem demonstraui.

Tum etiam, quia si alicui creaturæ lumen ali-  
quod ad videndum clare Deum esset connatura-  
le, visio Dei & lumen ipsum non possent dici su-  
pernaturalis ordinis secundum substantiam, &  
naturam suam, sed tantum secundum modum ex  
parte efficientis: nam, vt diximus supra disputa-  
tione 214. cap. 2. illud solum dicitur super naturale  
secundum substantiam, quod nulla creatura sua-  
pte natura exposcit. Frivolum autem est id solum  
intelligere de creaturis quæ modo sunt: nam si  
pauciores creaturæ factæ essent, dicere possemus  
perfectiores naturales earum, quæ creatæ non  
essent, dicendas esse supernaturales secundum sub-  
stantiam: quod est absurdum.

At nullus certe hæcenus dixit, creati posse ali-  
quam creaturam, cui ita naturaliter, & necessario  
ab intrinseco conueniat, Deum clare intueri, vt  
non indigeat lumine aliquo addito suæ naturæ:  
quod sane licet ei esset connaturale, sicut species  
rerum connaturales dicuntur angelis; tamen non  
conueniret ei necessario & à principiis intrinse-  
cis, habere lumen illud, aut Deum clare intueri:  
sed lumen illud ita libere ei à Deo communicare-  
tur, vt sine violentia aliqua ei negari posset: sicut  
etiam modo mihi non conceduntur species natu-  
rales multarum rerum, quas possem habere, vel  
quia non conceditur præsentia obiecti, vel alia  
ratione. Quamuis igitur illa creatura esset talis  
ordinis, vt ei lumen gloriæ esset connaturale: ta-  
men nouum ei esset beneficium, præter donum  
creationis, si ei tale lumen ad videndum Deum  
concederetur. Sic autem relicta in fide tantum  
Dei sub velamine, non posset esse impeccabilis: ergo  
nulla creatura rationalis solo dono creationis,  
vt probatum est, suapte natura impeccabilis esse  
potest: sed impeccabilem fieri, doni peculiaris  
esset. Quinimo licet aliqua posset produci crea-  
tura, quæ ex solo dono creationis Deum videret  
necessario, nihilominus peccare posset: nam  
Deus posset impedire intellectum eius, ne ipsum  
videret: & ita priuata visione, & relicta tantum sub  
velamine fidei peccare posset. Quare & naturæ  
illius non repugnaret peccare: licet ipsa relicta  
suz virtuti, & non impedita nunquam peccare  
posset.

## CAPVT V.

Contra primam sententiam eadem opinio ratione  
probat.

**P**ostremo contra primam opinionem, quæ  
erat Capreoli, & aliorum, restat probandum,  
angelos etiam peccare posse contra legem, & præ-  
cepta naturalia: ex quo etiam nostra sententia  
confirmabitur. Id autem manifeste inde colligi-  
tur, quia post lapsum, quotidie peccant contra  
cepta naturalia, suadendo hominibus omnia ge-  
nera peccatorum, & odio prosequendo ipsos ho-

Vasquez in 1. part. tom. II.

mines. Quod si Angelus natura sua impeccabilis  
esset contra legem naturalem: non posset ad simi-  
lia incitare.

Cæterum respondent recentiores nonnulli  
Thomistæ, qui sententiam Capreoli amplectun-  
tur, angelos quidem posse peccare, non prima-  
rio & per se contra legem naturalem, sed comi-  
tatur, aut consequenter: ex eo quod peccant  
contra legem supernaturalem, & inde mouentur  
ad violandam etiam naturalem. Hæc tamen solu-  
tio mihi non probatur. Primum, quia si angelus  
suapte natura esset impeccabilis circa legem na-  
turalem, nullo fine aut incentiuo moueri posset  
ad peccandum contra eam legem: tum etiam an-  
geli odio habent ipsum Deum, & homines: inui-  
dent etiam diuinæ prouidentie, & maiestati: quæ  
sunt contra legem naturalem. Causa autem mo-  
uens ad hos affectus, est videre se cruciari ab  
ipso. Et hoc sufficeret, quamuis non viderent, se  
priuatos beatitudine supernaturali, sed solum à  
Deo cruciari. Ad hæc, etiam si peccent contra le-  
gem naturalem, odio habendo Deum, ex eo quod  
vident, se priuatos esse à Deo beatitudine superna-  
turali: non propterea sequitur, eos peccare con-  
sequenter contra legem naturalem, quia prius  
peccent contra legem supernaturalem: tunc enim  
non peccant contra legem ipsam supernatu-  
ralem directe, sed ex priuatione doni super-  
naturalis mouentur ad odium, & inuidiam con-  
tra Deum.

Cæterum dicat quis pro Capreolo, & alijs pri-  
mæ opinionis, eos non negasse, Angelos peccare  
posse contra legem naturalem absolute: sed eos  
non posse moueri ad peccandum intra limites le-  
gis naturalis, nisi ex motiuo aliquo alterius ordi-  
nis. Verum ego non video, qua ratione si volun-  
tas angeli peccare potest contra legem naturalem  
præcedente defectu in intellectu ex incentiuo il-  
lo superioris ordinis, vt in exemplo proxime alla-  
to: non possit etiam angelus intra limites etiam  
legis naturalis absque consideratione alicuius al-  
terius rei superioris ordinis contra ipsam legem  
naturalem peccare. Cum enim defectus ex parte  
intellectus, qui præcedere debet omne peccatum,  
non necessario sit error: sed sufficiat defectus  
considerationis, quia videlicet effi-  
ciatur delectabile, quod mouet ad peccandum  
quam honestum virtutis, vel malum supplicij,  
quod detinere deberet voluntatem à peccato: ego  
non video, cur angelus non possit pati huius-  
modi defectum perfectæ considerationis intra li-  
mites legis naturalis, & ita contra illam peccare.  
Ex qua doctrina dissoluitur plane argumentum  
Capreoli pro illa prima sententia. Nam quamuis  
intellectus angeli perspicax sit, tamen quia crea-  
tus est, & in diuersa trahi potest etiam potest, bo-  
num virtutis, & ea quæ à peccato remouere de-  
bebant, remissius considerare, quam quæ ad pec-  
catum mouere solent, & ita peccare.

Ad argumentum vero Durandi pro ea  
sententia, respondeo inter corpora quidem esse  
aliquod perfectissimum, quod in nullo deficere  
potest: tum quia nihil extrinsecum est quod ipsius  
operationes impedire queat, eo quod nullum sit  
ita efficax sicut ipsum tum etiam quia ab intrin-  
seco omne corpus est determinatum ad vnā  
partem, nec potest indifferenter in vnā & aliam  
partem operari: at vero creatura rationalis cum

Kxx 2 sit

22.  
Recentior  
Responsio.

Rejicitur.

Alia respo-  
sio.

Rejicitur.

23.

C. proloqu.

Argumentum  
to Durand  
satisfit.



fit libera, etiam si à nullo extrinseco cogi possit ad peccandum, potest tamen ab intrinseco in quam placuerit partem operari: & contra naturam creaturæ rationalis esset, liberam non esse, ac proinde peccare non posse, ut supra probatum est.

Ad testimonium Augustini, quod adducit *Magister* in 1. distinctione 44. capit. illo 2. in confirmationem eiusdem sententiæ, respondeo non esse verba illa in Augustino libro 11. de Genesi ad litteram, capitul. 7. sed eo capite solum dicere Augustinum, meliorem esse naturam creatam, quæ nolit peccare, quam eam, quæ non solum potest, sed etiam vult peccare.

Alij postremo argumentantur pro prædicta opinione hoc modo: Angelus non habet naturalem inclinationem ad peccandum: ergo intra limites legis naturalis peccare non potuit. Hæc tamen ratio nullius momenti est, ut etiam dicemus infra disput. 236. cap. 3. quia ut aliqua natura peccet, non requiritur naturalis inclinatio ad peccatum: sed sufficit, & necessaria est libertas.

## ARTICVLVS II.

Utrum in angelis possit esse tantum peccatum superbia & inuidia.

321.  
2. dist. 5. q.  
1. art. 3. Et  
dist. 2. q. 1.  
artic. 1. cor.  
Et 3. con. c.  
109. co. 2.  
Et mal. q.  
15. ar. 2. 4.

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod in angelis non possit esse solum peccatum superbia & inuidia: in quemcumque enim cadit delectatio alicuius peccati, potest cadere peccatum illud. Sed demones delectantur etiam in obscenitatibus carnalium peccatorum, ut Augustinus dicit 14. de ciuitate Dei. Ergo in demonibus etiam peccata carnalia possunt esse.

2. Præterea. Sicut superbia & inuidia sunt peccata spiritualia, ita accidia, & auaritia, & ira. Sed spiritui cōueniunt peccata spiritualia, sicut & carni peccata carnalia. Ergo non solum superbia & inuidia in Angelis esse potest: sed etiam accidia & auaritia.

3. Præterea. Secundum Greg. in Moralibus, ex superbia nascuntur plura vitia & similiter ex inuidia. Posita autem causa ponitur effectus. Si ergo superbia & inuidia in angelis esse possunt, par ratione & alia vitia in eis esse possunt.

Sed contra est quod Augustinus dicit 14. libro de ciuitate Dei, quod diabolus non est fornicator, aut ebriosus, neque aliquid huiusmodi. Est tamen superbus, & inuidus.

Respondeo dicendum, quod peccatum aliquod in aliquo esse potest dupliciter. Vno modo secundum reatum, alio modo secundum affectum. Secundum reatum quidem omnia peccata in demonibus esse contingit, quia dum homines ad omnia peccata inducunt, omnium peccatorum reatum incurrunt. Secundum affectum vero illa solum peccata in malis

## ARTIC. II.

angelis esse possunt, ad quæ contingit affici spirituales naturam. Spirituales autem naturam affici non contingit ad bona, quæ sunt propria corpori, sed ad ea quæ in rebus spiritualibus inueniri possunt: nihil enim afficitur nisi ad id, quod suæ naturæ potest esse quodammodo cōueniens. In spiritualibus autem bonis non potest esse peccatum, dum aliquis ad ea afficitur, nisi per hoc quod in tali affectu superioris regulam non seruatur: & hoc est peccatum superbia, non subdi superiori in eo quo debet. Vnde peccatum primi Angeli non potest esse aliud quam superbia. Sed consequenter potuit in eis etiam esse inuidia. Eiusdem enim rationis est quod affectus tendat in aliquid appetendum, & quod renitatur in opposito. Inuidus autem ex hoc de bono alterius doli, in quantum bonum alterius æstimat sui boni impedimentum. Non autem bonum alterius poterat æstimari impedimentum boni affectati per Angelum malum, nisi in quantum affectus ex excellentiam singularem: quæ quidem singularitas per alterius excellentiam cessat. Et ideo post peccatum superbia consequens est in Angelo peccante malum inuidia, secundum quod de bono hominis doluit: & etiam de excellentia diuinitatis, secundum quod eo Deus contra voluntatem ipsius diaboli vituit in gloriam diuinam.

Ad primum ergo dicendum, quod demones non delectantur in obscenitatibus carnalium peccatorum, quasi ipsi afficiantur ad delectationes carnales. Sed hoc totum ex inuidia procedit, quod in peccatis hominum quibuscunque delectantur, in quantum sunt impedimenta humani boni.

Ad secundum dicendum, quod auaritia, secundum quod est speciale peccatum, est immoderatus appetitus rerum temporalium, quæ veniunt in vsum vite humanæ, quæcunque pecunia æstimari possunt. Et ad ista non afficiuntur demones: sicut nec ad delectationes carnales. Vnde auaritia proprie sumpta in eis esse non potest. Sed si auaritia dicatur omnis immoderata cupiditas habendi quocumque bonum creatum, sic auaritia continetur in superbia quæ est in demonibus. ira vero cum quadam passionis est sicut concupiscentia. Vnde ipsa in demonibus esse non potest, nisi metaphorice. Accidia vero est quædam tristitia, quia homo redditur tardus ad spirituales actus propter corporalem laborem, quæ demonibus non competit. Et sic patet quod sola



sola superbia, & inuidia sunt purè spiritualia peccata quæ dæmonibus competere possunt: ita tamen quod inuidia non fumatur pro passione, sed pro voluntate renitente bono alterius.

Ad tertium dicendum, quod sub inuidia & superbia, prout in dæmonibus ponuntur, comprehenduntur omnia peccata quæ ab illis deriuantur.

*Notationes circa doctrinam articuli.*

**P**RIOR conclusio est: Omnia peccata secundum reatum possunt esse in demonibus. Posterior conclusio est: In demonibus possunt esse formaliter duo genera peccatorum, nempe superbia, & inuidia. Pro quarum perspicuitate notandum est primum, tunc peccatum imputari formaliter operanti, quando non tantum ipsius malitia imputatur, sed etiam actus proprius peccati illius est ab eo, ut à causa. Tunc autem imputari dicitur peccatum secundum reatum, & non formaliter quando operanti imputatur solum malitia, sed ipse non est causa proprius actus & operationis, cui annexa est malitia illa, veluti si quis suadeat alteri, ut occidat inimicum, & ille occidat, peccatum homicidij suadenti dicitur imputari secundum reatum tantum: quia eiusdem malitiæ participes est suasio sua: eo quod suasio speciem sumit ab eodem, à qua sumit homicidium ipsum: at vero occidenti & inferenti mortem ferro; vel alio instrumento, tribuitur peccatum formaliter. Inquit igitur Sanctus Thomas, in Angelis reperiri posse omnia peccata secundum reatum, quia suadere potest Angelus omne genus peccati, & ad illud mouere: at vero formaliter, hoc est, secundum actum proprium, solum reperiri in angelo duo illa genera peccatorum, nempe superbiæ, & inuidiæ: quia solum actus proprius horum peccatorum fieri possunt ab Angelis, ut à proxima causa.

Deinde notandum est, cum dicitur peccatum aliquod tribui operanti secundum reatum: non solum intelligi de reatu peccati, sed etiam de reatu culpæ, hoc est, de ipsa malitia peccati, quæ dicitur alicui imputari. Nam ut ostendimus 1.2. quæstione 73. articulo 8. opus, quod est causa alicuius peccati, ut exemplum, suasio, &c. eandem speciem malitiæ habet, ac ipsum peccatum, cuius est causa: neque enim peculiarem speciem scandalii constituere debemus sine intentione peculiari ruine proximi, ut ibidem monstrabimus: tunc autem, cum ad eum similis intentio, opus, quod est causa peccati, primum quidem est in specie illa malitiæ, in qua est peccatum, ad quod inuitat: deinde in peculiari specie scandalii ex intentione directa ruine proximi. An autem opus, quod est causa in alio peccati, quod consummatur in affectu interiori, ut odij, inuidiæ, &c. sit in eadem specie cum ipso odio, aut cum inuidia, pendet ex ijs quæ dicemus 1.2. quæstione 18. articulo 6. ubi tractabimus, an actus reflexus voluntatis, sit eiusdem malitiæ cum actu interiori eiusdem voluntatis, quem habet pro obiecto: ut voluntas habendi odium, an sit eiusdem malitiæ cum ipso actu odij. Hoc certum sit, illi, qui est causa odij in alio, non imputari peccatum odij formaliter, sed secundum reatum, vel in eadem specie malitiæ vel in alia: & ex his, quæ notauimus satis manet

*Vasquez in 1. p. Tom. 2.*

explicata prior conclusio huius articuli, nempe in Angelo esse posse omne genus peccati secundum reatum.

Ceterum posterior conclusio, videlicet in angelo solum esse posse formaliter duo genera peccatorum, superbiæ nimirum, & inuidiæ, difficultate meo iudicio maxima non caret. Primo, quia in angelo reperi potest formaliter peccatum iniustitiæ, & ipse potest formaliter iniustus esse: non quidem contra alterum angelum, sed contra hominem, non modo suadens iniustitiam alicui homini, ut furtum, & homicidium, sed etiam illud ipse faciens, vel dānum inferendo alicui homini in rebus domesticis, vel in fama infamando ipsum, vel in vita occidendo: quæ omnia licet Deus interdum permittat, sunt tamen peccata ipsi angelo, & nullum illorum est superbiæ, aut inuidiæ.

Deinde ex peccatis, quæ interius consummantur, potest in angelo esse peccatum odij contra Deum, & proximum, quod est distinctum à duobus alijs: hoc enim contra charitatem aut beneficentiam est: illa autem nempe superbiæ, & inuidiæ, contra humilitatem: posse autem ab angelo Deum odio haberi manifestum est. Potest etiam esse in angelo peccatum idololatriæ, si laudet alium angelum ut Deum suum, & ipsum ut Deum suum deprecetur, & ei votum voueat, quæ omnia ex obiecto essent contra religionem, & contra cultum veri Dei, transfereudo illum in creaturam; & ita ad idololatriam pertinerent. His etiam annuera peccatum inobedienciæ specialis, quod consistit in intentione directa non parendi superiori, ut dicemus 1.2. quæst. 73. art. 8. hac enim intentione posset angelus transgredi præceptum Dei.

Ceterum Caietanus mentem Sancti Thomæ explicare contendit hoc modo, ut intelligatur locutus non vniuersim de peccatis quibuscumque, quæ possunt esse in angelis, sed de peccatis, quæ primo esse potuerunt, & à quibus incipit angelus, qui peccat.

Mihi tamen adhuc videtur difficulter posse accommodari hanc interpretationem menti Doctoris sancti, tum quia non suppetit effi. ax ratio, qua probemus, peccatum primum angeli debuisse necessario esse superbiæ, aut inuidiam. Tum etiam, quia ratio Sancti Thomæ non solum de primo peccato, sed de quocumque etiam alio videtur probare. Ratio enim est huiusmodi: in angelis non potest esse peccatum, nisi spirituale, hoc est, circa obiecta spiritualia: affectus autem circa obiecta spiritualia peccatum esse non potest, nisi talis sit affectus, ut superioris regula cōtēpta in talia obiecta feratur. Nam ut ait Caietanus explicans hanc rationem, obiecta spiritualia secundum se, quanta maiora sunt, meliora sunt; & ita secundum se non possunt nimis amari, nisi quatenus in eorum amore regula superioris contemnitur: atqui contemnere regulam superioris est peccatum superbiæ: ergo in angelis solum potest esse peccatum superbiæ, & quod inde nascitur, quod est inuidia.

Hæc autem ratio, præterquam quod si alicuius momenti est, probat in angelo nullum aliud peccatum vllō modo esse posse, quam superbiæ, adhuc difficultate non caret. Quia non omnis transgressio regulæ superioris est superbia, cum

Kkk 4

hoc

27.  
Velle alia peccata præter superbiæ & inuidiam formaliter esse in angelo.

28.  
Caietan.

Difficilis ta-  
men est in-  
terpretatio.

Ratio S. Th.  
quantā ha-  
bet vim.



hoc accidere possit solo peccato inobediencie specialis, quæ est distinctum peccatum à superbia, & invidia: imo vero transgressio regulæ, quatenus talis, potius ad peccatum inobediencie, quam superbiæ pertinet. Qualis vero sit affectus superbiæ, qui contemnit subijci alteri, sequentibus disputationibus explicabitur. Est enim nō transgressio regulæ positæ à superiori per modū præcepti, sed

excessus excellentiæ ultra debitam mensuram: quo videtur genus quoddam transgressionis, non quidem regulæ, & præcepti, sed mensuræ propriæ dignitatis. Sic definit Sanctus Thomas superbiam. 2. 2. quæstione 162. artic. 1. consentit Isidorus libro 10. Etymologiarum, capitul. 28. cum ait: *Superbus dicitur, qui super vult videri, quam est.* Quamvis igitur angelus peccare solum posset circa obiecta spiritalia, quod tamen difficile etiam apparet ex dictis: posset quidem alio peccato, nempe inobediencia, peccare, & non solum superbia & invidia.

Adde quod peccatum odij non est ideo malū, quia excedat regulam aliquam positam & constitutam, infra quam non esset peccatum: sed in quocunque gradu minimo peccatum est. Fateor hæc mihi esse difficilia, quorum solutionem ab alijs libenter audirem.

Est etiam mihi difficilis doctrina, quam habet Sanctus Doctor in solutione 2. nempe in angelis non posse esse peccatum iracundiæ, eo quod (inquit) ira est cum quadam passione, quæ tamen angelis convenire non potest. Hoc autem mihi non minus difficile est: tum quia doctrinæ, quam ipse S. Thomas tradidit supra quæstione 20. artic. 1. ad primum non satis consonat. Tum etiam quia videtur esse contra definitionem formalem iræ: nam, ut ipse ait eodem loco, & nos disputatione 84. capit. 4. probauimus, ad formalem rationem iræ non pertinet commotio passionis: nec defectus huius Deo iram denegamus: sed de ratione formali iræ est appetitus vindictæ, seu recruciationis ob tristitiam ex malo, quod quis ab alio passus est. Et secundum hanc rationem diximus, eam Deo non convenire: quia à nullo pari potest. Cum igitur angelus affici possit ab alio tristitia; appetere potest quoque vindictam illius, ac proinde irasci. Si autem de ratione iræ esset commotio corporalis, eodem modo de ratione misericordiæ esset eadem commotio: ac proinde misericordia proprie Deo non conveniret, quod est falsum, ut ibidem ostendimus.

## ARTICVLVS III.

*Utrum angelus appetierit esse vt Deus.*

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod diabolus non appetierit esse vt Deus, illud enim quod non cadit in apprehensione, non cadit in appetitu: cum bonū apprehensum moueat appetitum vel sensibilem, vel rationalem, vel intellectualem: in solo enim huiusmodi appetitu contingit esse peccatum. Sed creaturam aliquam esse æqualem Deo non cadit in apprehensione. Implicat enim contradictionem, quia necesse est finitum esse infinitum, si æquatur infinito. Ergo angelus non potuit appetere esse vt Deus.

2. Præterea. Illud quod est finis naturalis, absque peccato appeti potest. Sed assimilari Deo est finis in quem tendit naturaliter qualibet creatura. Si ergo angelus appetijt esse vt Deus, non per æqualitatem, sed per similitudinem, videtur quod in hoc non peccauerit.

3. Præterea. Angelus in maiori plenitudine sapientiæ conditus est quam homo. Sed nullus homo, nisi omnino amens, eligit esse æqualis angelo, nedum Deo: quia electio non est nisi possibilium, de quibus est consilium. Ergo multo minus peccauit angelus appetendo esse vt Deus.

Sed contra est quod dicitur Iſai. 14. c. ex persona diaboli: Ascendam in cælum, & ero similis altissimo. Et Aug. dicit in libr. de quæstionibus vet. testam. quod elatione inflatus voluit dici Deus.

Respondeo dicendum, quod angelus absque omni dubio peccauit appetendo esse vt Deus. Sed hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo per æquiparantiam. Alio modo per similitudinem. Primo quidem modo non potuit appetere esse vt Deus: quia sciuit hoc esse impossibile naturali cognitione. Nec primum actum peccandi in ipso præcessit vel habitus vel passio ligans cognoscitiam ipsius virtutem, vt in particulari deficient eligeret impossibile, sicut in nobis interdum accidit. Et ideo dato quod esset possibile, hoc esset contra naturale desiderium: est enim unicuique naturale desiderium ad consequendum suum esse: quod non conferuaretur, si transmutaretur in alteram naturam. Vnde nulla res quæ est inferiori gradu naturæ, potest appetere superioris naturæ gradum, sicut alinus non appetit esse equus: quia si transferretur in gradum superioris naturæ, iam ipsum non esset. Sed in hoc imaginatio decipitur. Quia enim homo appetit esse in altiori gradu quantum ad aliqua accidentalia, quæ possunt crescere absque corruptione subiecti, æstimatur quod possit appetere altiore gradum naturæ, in quem peruenire non posset nisi esse definitur. Manifestum est autem, quod Deus excedit angelum, non secundum aliqua accidentalia, sed secundum gradum naturæ, & etiam vnus angelus alium. Vnde impossibile est, quod angelus inferior appetat esse æqualis superiori, nedum quod appetat esse æqualis Deo. Appetere autem esse vt Deus per similitudinem, contingit dupliciter. Vno modo quantum ad id, in quo aliquid natum est Deo assimilari. Et sic si aliquis quantum ad hoc appetat esse Deo similis, non peccat, dummodo

29.

S. Thom.  
Isidor.Solutio ad  
secundum  
difficilis.

30.

322.



militudinem Dei debito ordine appetat adipisci, ut scilicet eam à Deo habeat. Si quis autem appeteret secundum iustitiā esse similis Deo quasi propria virtute, & non ex virtute Dei, peccaret. Alio vero modo potest aliquis appetere similis esse Deo quantum ad hoc in quo non natus est assimilari: sicut si quis appeteret creare cælum & terram, quod est proprium Dei, in quo appetitu esset peccatum. Et hoc modo diabolus appetijt esse ut Deus, non ut ei assimilaretur quantum ad hoc quod est nulli subesse simpliciter: quia si suum non esse appeteret, cum nulla creatura esse possit, nisi per hoc quod sub Deo esse participat. Sed in hoc appetijt indebite esse similis Deo, quia appetijt ut finē vltimum beatitudinis id ad quod virtute suæ naturæ poterat peruenire: auertens suum appetitum à beatitudine supernaturali, quæ est ex gratia Dei. Vel si appetijt ut vltimum finem illum Dei similitudinem, quæ datur est ex gratia, voluit hoc habere per virtutem suæ naturæ, non ex diuino auxilio secundum Dei dispositionem. Et hoc consonat dictis Anselmi, qui dicit quod appetijt illud ad quod peruenisset, si sterisset. Et hæc duo quodammodo in idem redeunt: quia secundum vtrumque appetijt finalem beatitudinem per suam virtutem habere, quod est proprium Dei: quia vero quod est per se, est principium & causa eius quod est per aliud: ex hoc etiam consequutū est quod appetijt aliquem principatum super alia habere in quo etiam peruerse voluit Deo assimilari.

Et per hoc patet responso ad omnia obiecta.

**P**RIOR conclusio est: Angelus non appetijt esse Deus per naturam. Posterior conclusio, Angelus peccauit appetendo esse similis Deo aliquaratione excellens modum propria excellentia, & perfectionis. Circa quam doctrinam plures nobis controuersie disputandæ sunt.

## DISPUT. CCXXXII.

Vtrum peccatum Angeli fuerit superbi-  
an alterius naturæ.

Quid Scotus & Gabriel senserint. cap. 1.

Sententia Scoti & Gabrielis impugnatur. cap. 2.

Primum Angeli peccatum fuisse superbiam, vera & communis Patrum, & Scholasticorum opinio fertur. cap. 3.

Expenduntur quadam Scriptura testimonia pro eadem sententia. cap. 4.

**M**ulta quidem eaque difficilia de peccato primo Angelorum à Doctoribus scripta legimus. Nec mirum est, rema sensibus, & humana ratione longè remotam, difficilem ad intelligendum semper fuisse. Verum quia tractatio de hac omnino declinare instituti nostri ratio non patitur: quoad eius fieri poterit dabimus operam, ut peccatum Angelorum inquirentes, nihil tanquam certum affirmemus, nisi quod aut ex Scriptura, aut ex doctrina Patrum, aut certa ratione colligi queat: ubi autem aliquo ex his fundamentis nostra disputatio niti non possit, nihil temere sola humana coniectura ducti asseremus. Satis enim est requiritatem ingenij in re quacunque, nedum in abscondita, ingenue profiteri, quam aliquid temere pronuntiare: cumque circa ea, quæ ipsa in peccato angelorum contigerūt, sola ratio absque autoritate nihil valeat ratione quidem solum vremur ad ostendendum, quo pacto angelus peccare potuit, de qua etiam re non parua inter Scholasticos dissensio est, & in ea ratio ipsa plurimum valet. Primum autem in vniuersum inuestigandum nobis est genus peccati, quo Angelus cecidit. Deinde speciatim inquirendum, quid sit illud, circa quod Angelus deliquit.

In præfenti autem controuersia, in qua genus peccati Angelorum vniuersè inuestigamus, non fuit Scholasticorum omnium vna sententia. Prima opinio fuit Scoti in 2. distinctione 6. questione 2. Scotus. §. Quantum ad secundum, & in §. Ad argumenta, in solutione 1. qui affirmat peccatum Angelorum non fuisse superbiam, quæ constituitur proprium peccatum: sed luxuriam, non, sicut aliqui Patres quos retulimus supra disputatione 178. capite 2. dixerunt existimantes, Angelos in alias hominum exarisse, & ex illis genuisse Gigantes, (hæc enim sententia ab omnibus Scholasticis merito expoditur, ut eo loco diximus: ) sed luxuriam, quandam spirituale, quæ in nimia quadam dilectione, aut cupiditate consistit. Hæc est sententia Scoti, quam aliter refert Caiet. in hoc articulo tamē, quam ipse refert, est Gabrielis, quam inferius asseremus. In cuius opinionis confirmationem, & explicationem notat ipse Scotus in ea questione. §. In ista questione, doctrinam receptam à Gabriele loco inferius allegando, in actibus voluntatis esse duplicem amorem, alterum concupiscentiæ, qui versatur circa rem & bonum, quod alicui volumus: alterum amicitie, qui respicit personam, cui volumus bonum. Subiungit autem, amorem concupiscentiæ procedere ex amore amicitie, rāquam ex causa priori. Hæc nota tione præmissa, inquit Scotus, primum Angeli peccatum fuisse nimium amorem amicitie, quo seipsum dilexit, hoc est, nimiam quandam sui ipsius complacentiā. Probat autem: quia nimius amor amicitie non poterat esse erga Deum: nam Deus diligī non potest immoderate ex nimia intentione: hic enim amor debitum modum excedere nequit: neque alio modo potuit esse immoderatus. Verisimile autem est, Angelum non dilexisse alium: præter seipsum: ergo primum peccatum fuit nimius amor amicitie, quem placuit Scoto vocare

Similitudo im-  
rellektus est  
à Caiet.

Ratio Scoti.